

**H**abes hic amantissimum tuum fratrem eusebium; qui litteratum muchi gratiam duplauit: referens honestatem morum tuorum: contemptum seculi. fidem amicitie. amorem Christi. Nam prudentiam et eloquii uenustatem: etiam absque illo ipsa epistola perferebat. Festina queso te: et herenti in salo nauiciale. funem magis prescide quam solue. Nemo renuntiaturus seculo: bene potest uendere. que contempsit ut uenderet. Quicquid in sumptu de tuo tuleris: pro lucro computa. Antique dictum est. Avaro debet tam quod habet. quam quod non habet. Credenti: totus mundus diuinarum est. Infidelis autem: etiam obolo indigeret. Sic uiuimus quasi nil habentes: et omnia possidentes. Victus atque uestitus: diuicie Christianorum. Si habes in potestate rem tuam uende: si non habes. praece. Tollenti tunicam: et pallium relinquendum est. Aisi scilicet tu semper recrastinans. et diem de die trahens. caute: et pederentim tuas possessiunculas uendideris: non habet Christus uile alat pauperes suos. Totum deo dedit: qui servum obtulit. Apostoli. tantum nauem et recia reliquerunt. Hidua duo era misit in gazophylatum: et perfecit tres diuiciis. Facile contempnit omnia: qui se semper cogitat mortitum. **E**xplicit epistola sancti Ieronimi. In tipit prologus sancti Ieronimi presbiteri in pentathecum.

desideru mei desideratas accepi epistolam; qui quodam psagio futuro cum daniele sortitus est nomen: obsecrantis ut translatum in latinam linguam de hebreo sermone pentha theucum nostrorum auribus tradicerem. Periculorum opus certe. et obrectatorum meorum lachrymibus patens; qui me asserunt in septuaginta interputum suggillatione noua pro veteribus sudere. ita ingenui quasi uiui probantes: cum ego sepissime testatus sim. me pro uili portione in tabernaculo dei. offerre que possim. nec opes alterius. aliorum paupertate fedari. Quod ut auderem. origines me studium provocauit: qui editioni antique translatione theodotionis miscuit. asterisco et obelo. id est stella et ueru omne opus distinguens: dum aut illucescere facit que minus ante fuerant. aut superflua queque uigilat et confodit. et maxime que euangelistarum et apostolorum auctoritas promulgauit. In quibus multa de veteri testamento legimus. que in nostris codicibus non habentur: ut est illud. ex Egypto uocauit filium meum. et quoniam nazareus uocabitur. et uidebunt in quem compunixerunt. et flumina de uentre eius fluent aquae uiue. et que nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que perparauit deus diligentibus se: et multa alia que proprium sintagma

desiderant. Interrogemus ergo eo.  
ubi hec scripta sunt. Et cum dicere  
non potuerint: de libris hebraicis  
proferamus. Primum testimonium  
est in osee. secundum in ysaia. tertium  
in zacharia. quartum in proibus.  
quintum eque in ysaia. Quod multi  
ignorantes. apocryforum deliramen-  
ta sectantur. et hiberas nenia. li-  
bris autenticas preferunt. Causas  
erroris: non est meum exponere. Ju-  
dei. prudenti factum esse dicunt  
consilio: ne ptolomeus unus dei  
cultor. etiam apud hebreos duplice  
diuinitatem comprehendenderet. Quod  
maxime idcirco faciebant: quia in  
platonis dogma cadere uidebatur.  
Denique: ubi cumque sacramentum aliquod  
scriptura testatur: de patre et filio  
et spiritu sancto; aut aliter inter-  
pretati sunt. aut omnino tacuerunt:  
ut et regi satisfacerent: et archanum  
fidei non uulgarent. Et nescio quis  
primus auctor septuaginta cellu-  
las alexandrie mendacio suo ex-  
truxerit: quibus diuisi eadem scrip-  
titarint: cum aristoteles eiusdem pro-  
lomei. yperapistes. et non multo  
post tempore iosephus nichil tale  
reculerint: sed in una basilica con-  
gregatos contulisse scribant: non  
prophetasse. Aliud est enim uatem:  
aliud esse interpretem. Ibi spiritus  
uentura predictus: hic eruditio et  
liborum copia ea que intelligit trans-  
fert. Nisi forte putandus est tullius.  
economicum xenofontis. et pla-  
tonis pictagoram. et demosthenis

prothesifonte. afflatus rethorico  
spiritu transtulisse: aut aliter de  
eisdem libris per septuaginta interpre-  
tes. aliter per apostolos. spiritus scimus  
testimonia texuit: ut quod illi ta-  
cuerunt. huius scriptum esse mentiri  
sint. Quid igitur? Dampnamus  
uereres. Minime. Sed post priorum  
studia: in domo domini quod possiu-  
mus laboramus. Illi interpretati sunt  
ante aduentum Christi: et quod nescie-  
bant dubius protulere sententias.  
Hos post passionem et resurrectio-  
nem eius: non tam prophetiam  
quam historiam scribimus. Alter  
enim audita: aliter uisa narrant.  
Quod melius intelligimus: meli-  
us et proferimus. Audi igitur emu-  
le: obrectator ausulta. Non damp-  
no. non reprehendo septuaginta: sed  
confidenter cunctis illis apostolos  
prefero. Per istorum os Christi michi  
sonat: quos ante prophetas inter-  
spiritalia carismata positos lego:  
in quibus ultimum pene gradum in-  
terpretes tenent. Quid luore tor-  
queris? Quid imperitorum animos  
contra me concitas? Sicuti in trans-  
latione tibi uideor errare: intrequa  
hebreos: cluicularum urbium ma-  
gistros consule. Quod illi habent  
de Christo: tu codices non habent. Ali-  
ud est si contra se postea ab aposto-  
lis usurpata testimonia probauere-  
runt: et emendatoria sunt exem-  
plaria latina quam greca. greca  
quam hebreorum. Verum. het contra  
inuidos. Nunc te deprecor desideri

karissime; ut quia me tantū opus  
subire fecisti. et a genesi exordium  
capere: orationibz iunies quo possim  
eodem spiritu quo scripti sunt libri.  
in latinum eos transferre sermonē.  
**Explicit prologus.** ~~~~~

6.

LAMBERT  
LIBRARY STAFF  
WILBURTON  
DEPT. OF LIBRARIES